

De fide ad petrum

De trinitate psonaz et unitate essentie.

Vocūq; igitur loco fueris constituitur quod secundum regulam nostram saluatoris impio promulgata non sit te in uno patris et filii et spiritus sancti nomine baptizatum: principaliter atque indubitater toto corde retine patrem deum: filium deum: et spiritum sanctum deum. id est sanctam atque ineffabilem trinitatem unum esse naturaliter deum. id quod in deuteronomio dicitur. Audi israel. dominus deus tuus deus unus est: et dominum deum tuum adorabis et illi soli servies. Verum quod istum unum deum: quod solus est verus naturaliter deus: non patrem solum: nec filium solum: nec solum spiritum sanctum: sed patrem et filium et spiritum sanctum dicimus esse. cavendum est ne sicut patrem et filium et spiritum sanctum unum deum esse creditum ad naturale attrinet unitatem faceret dici. sic enim patrem esse: eundem vel filium vel spiritum sanctum: aut eum quod filius est sine patre sine spiritum sanctum: aut eum quod spiritus sanctus proprie in confessione huius trinitatis dicitur: vel patrem vel filium personaliter dicere sine credere quod omnino nefas est audeamus. Fides enim quam sancti patriarche atque prophete ante incarnationem filii dei divinitus acceperunt. quam etiam sancti apostoli ab ipso domino in carne posito audierunt: et spiritus sancti magisterio instructi: non solum sermone predicaverunt: verum etiam ad instructionem saluberrimam posterorum scriptis suis inditam reliquerunt. unum deum predicant trinitatem. id est patrem et filium et spiritum sanctum. Sed trinitas vera non esset. si una eademque persona diceretur pater et filius et spiritus sanctus. Si enim sicut est patris et filii et spiritus sancti una substantia. sic esset una persona. nihil omnino esset in quo veraciter trinitas diceretur. Rursus quidem trinitas vera est. sed unum deus trinitas ipsa non esset. si quemadmodum pater et filius et spiritus sanctus personarum sunt ab invicem proprietate distincti. sic fuissent naturarum quodque divinitate discreti. Sed quod in illo uno vero deo trinitate non solus quod unum deus est. sed etiam quod trinitas est naturaliter verus est. propterea ipse verus deus in personis trinitas est. et in una natura unus est.

Per hanc unitatem naturalem totus pater in filio et spiritus sancto est. totus filius in patre et spiritus sancto est. totus quoque spiritus sanctus in patre et filio est. Nullus horum extra quolibet ipsorum est. quod nemo alium aut precedit eternitate aut excedit magnitudine. aut super preterea. quod nec filio nec spiritus sancto creditum ad naturam deum unitatem pertinet. aut anterior aut maior patre est. nec filii eternitas atque imensitas. velut anterior aut maior spiritus sancti imensitas eternitatem aut precedere aut excedere naturaliter potest. Sicut ergo nec filius posterior aut minor est preterea. ita nec spiritus sanctus posterior aut minor est filio. Eternum quippe sine initio est. quod filius de patre naturaliter existit et eternum. ac sine initio est quod spiritus sanctus de natura patris filiique procedit. De his ergo tres unum recte credimus et dicimus deum. quod una personarum eternitas. una imensitas una naturaliter est trium personarum divinitas. Teneamus igitur patrem et filium et spiritum sanctum unum esse naturalem deum. nec tamen ipsum patrem esse quod filius est. nec filium ipsum esse quod pater est. nec spiritum sanctum ipsum esse quod pater est. nec filium esse patris et filii et spiritus sancti essentia. quam greci vltan vocant. in quo non est aliud personale aliud filii aliud spiritus sancti. quibus personaliter sit alius pater. alius filius. alius spiritus sanctus. Quod nobis marie in ipso scripturarum initio demonstrat. ubi deus dicit. Faciamus homines ad imaginem et similitudinem nostram. Quia enim in singulari numero dicit imaginem. ostendit unam naturam esse. ad cuius imaginem homines fieri. Quia vero dicit pluraliter nostram. ostendit eundem deum ad cuius imaginem homines fieri. non esse personam. Si enim in illa una natura patris et filii et spiritus sancti una esset persona. non diceretur ad imaginem nostram. sed ad imaginem meam. Nec diceretur faciamus sed faciamus. Si vero in illis tribus personis tres essent intelligentes vel credentes substantie. non diceretur ad imaginem nostram. sed ad imagines nostras. Una enim imago trium naturarum iniquum esse non posset. Sed deum ad unum imaginem unum deum homines facit dicit. una sancte trinitas essentialiter divinitas intimas. Deinde et paulo post pro eo quod superius dixerat. faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. sic homines facturi scriptura narravit ut diceret. Et fecit deus